

tor, adscriptum est: *Hic dicatur de quodam ribaldo in Cremsmünster*. Codex interius utrinque membranis vetusti cujusdam Tractatus Rabbinici vestitus est.

CLXXXVII.

U. 150 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 163. f. per duas columnas probe, sed non una manu scriptus, et a celebri *Thoma Haselbachio*, ut frons loquitur, testamento legatus ad domum Collegij ducalis *Wienne* apud fratres predicatores, ibidem paullo infra ita describitur: *Gorra super Johannem ligamine bono volumine magno asseribus et cute ruffa circumdatus*, quibus *Haselbachius* propria manu subjecit: *Emi a facultate medicine. detur pro libraria domus Collegij 1449*. En igitur *Nicolai Gorani, Gorani, de Gorrain, Gorrenc, Gorham*, quibusdam *Angli*, verius *Galli*, Ord. Praed. circa an. 1295. defuncti Expositionem five *Postillas in Evangelium Johannis*, quae cum ceteris in reliquos Evangelistas *Colon. 1537.* et *Antverp. 1617.* f. typis prodierunt, ut testantur Bibliothecarii Ord. qui de Viro ejusque Scriptis agunt T. I. p. 437. Initium est: *Ecce intelliget seruus meus &c. Quia commendatio auctoris redundat in opus &c. Finis: que Dominus Ipse promisit. Ipso adiuuante qui viuit et regnat &c.*

CLXXXVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 40 Folior. 252. f. per duas columnas currente calamo a variis conscriptus Farraginem miscellam exhibet, cujus potiora indicabimus. I. ut e calce adfumo, *Nicolaus de Lira O. M. super Johannem*, ut saepe editus. Init *ἀνεπιγέαφος: Facies aquile desuper ipsorum quatuor &c.* et terminatur: *ad contemplandum facie ad faciem prestante domino &c.*

II. fol. 76. p. 2. Sequuntur *Epistola Jacobi* et *Judae Apostolor.* absque Glossa, et brevicula illa in *Pauli Epistolas Argumenta*, quae etiam in *Bibliis glossatis* leguntur.

III. fol. 78. Monita quaedam Casuistica de instruendis Confitentibus, iuuantis Moribundis, periculis in celebranda Missa occurrentibus.

IV. fol. 79. absque inscriptione Expositio Decalogi, quae inquit: *Audi Israel precepta domini &c.* et est *Henrici de Vrimarya O. Erem. S. Aug.* jam *Vol.* superiore relata.

V. fol. 112. Differtatio in illud: *Et acceperunt corpus Ihesu.* Joh. 19. v. 40. De sacra Coena et diversitate eam accipientium.

VI. fol. 114. Repetitio de *Horis Canonicis* hoc ingressu: *Repetiturus Decr. Presbyteri que est prima sub rubrica de celebr. misse situata et ponitur etiam in decr. pro palea &c.* In XII. Quaestiones materiam hanc exhaurientes diuisa est cum mantiffa.

VII. fol. 118. p. 2. ut e calce adfumo: *Stilus curie a Domino*

Bartholdo (Bartolo) *de Saxo fer-rato legum Doctore pie memorie compositus. Init: De more iudici qui tribunali cuilibet preeest occurrerent infra scripta seruanda &c. Extat in ejus Operibus saepius editis inter Tractatus titulo: De Rit-u Judiciorum in cognitionibus et decisionibus Causarum. n. 20.*

VIII. fol. 119. Proponitur Ca-fus: *Episcopus Veneciarum pro de-bitis suis multipliciter aggravatis constitutionem fecit, quod ecclesie omnes constitute contra (intra?) li-mites sue diocesis tenerentur sibi dare certam partem prouentuum pro grauaminibus suis releuandis. Additur, cum ea non sufficeret, etiam Indulgentias pro pecunia Fidelibus obtulisse, et nulla exte-rius peracta poenitentia obivisse. Atque hinc triplex orta Quaestio e principiis theologis et canoni-cis discutitur. Consilium istud post medium Seculi XIV. scriptum fu-isse, inde liquet, quod Autor *Ga-sparem de Kalderinis* citet, quem *solempnem Virum* adpellat.*

IX. fol. 125. p. 2. Triga Epi-stolarum in negotio Schismatis in-ter *Bonifacium IX.* et *Benedictum XIII.* Prima est *Universitatis Pa-ris.* scripta *Uniuerfis christi fide-libus,* dataque: *Aput Sanctum mar-tinum (Mathurinum?) Anno Domi-ni Millesimo CCC^{mo}. LXXXV^o. XXVI^o. die Mens. Augusti,* hoc initio: *Quoniam — ante paucorum mensum spacium ad abolendum sci-sma nequissimum quod catholicam inquinat ecclesiam et letali iam diu ulnere sauciat christianissimi fran-corum principis edicto nobis impe-*

*ratum erat &c. Hanc in Caes. Eg. Bulaei Hist. Univ. Paris. ad an-cit. non reperi. Altera est ejusd. Universit. scripta Venerabilibus et circumspetis viris Domino Recto-ri singulisque magistris Vniuersita-tis Wienn. quae incipit: Uenera-biles uiri et multiformibus scientia-rum titulis conspicui Recommen-datione premissa Nephas haut dubi-um apud Deum censeretur et ho-mines &c. et habetur quidem apud Bulaeum cit. T. IV. p. 773. sed instar Formulae generalis ad om-nes Universitates exteras directae. Data est ad S. Mathurinum, non Martinum, ut habet Codex, 12. Martii, ejusque Viennam perlat-ae meminit *Conspectus Hist. U-niv. Vien. ad an. 1395. p. 62.* Tertia est Responsum *Viennensium ἀρχονον* quidem, sed certe eodem anno datum, quod inquit: *Venera-biles Domini &c. Quid flammis caritatibus vestris transcribere pos-sumus nisi gemitum et planctum lugubrem super illis innumeris ma-lis &c. Refert quidem Conspectus cit. p. 63. ejus argumentum: A-cademicos videlicet inconsulto Bo-nifacio, in cujus obedientia esset Austria, nihil acturos; ipsum ta-men Responsum ἀνεδόρον puto. Adpellat in eo Academia nostra Parisinam matrem karissimam, fe-que ejus filiam primogenitam. Ex-emplar aliud Vol. superiore rela-tum est.**

X. fol. 131. Adversaria mixta ad praxin utriusque *Juris* perti-nentia, quorum initium: *Constitu-cio est ius humanum, quod papa im-perator uel rex constituit. &c.*

Nulla materiae nexu, aut ordine decurrunt.

XI. fol. 175. Excerpta varia e S. Augustini Libris de Civitate Dei, Seneca, Quintiliano, Claudiano, Gualteri Alexandreide, Salustio, Marciali, Cassiodoro, plurimisque aliis antiquis et medi

Legalis illa ciuitas wyenna que uocatur

Cui inter milia nulla comparatur

Honestis canonicis et ciuibus ornatur

Muris atque turribus altis circumdatur.

Et de Plateis quidem rectis et latis dissentire liceat ab Encomiaste nostro; ceterum ille mox intem-

Sufficiat de fratribus sit equus meus fessus.

XIII. fol. 193. Alia ejusdem furfuris in Eosdem Cantilena, quae init:

Altitonans celicola

Terre factus incola

Sapiens agricola

Vineam plantauit,

Cum in decursu praeter Franciscinos etiam Jacobinorum fiat mentio, sive Dominicanorum Parisiensium, non dubito satiricas ejusmodi Cantionculas a Scholasticis cis ultroque, ut mos erat, commentibus Viennam adlatas fuisse

aevi Autoribus, quae ut plurimum una alterave breui sententia constant, palam tamen faciunt, Congestorem agilem multa thyma circumvolitasse.

XII. fol. 192. p. 2. Cantilena in laudem Urbis Vindobonae, cujus initium:

Ibi sunt pulcherrime domus ac structure

Que muris sunt preualidis nunquam ruiture

Per manus artificum erecte suo iure

Platee eius recte sunt late plane pure &c.

perie in Fratres cappatos et Cappas abripitur, finitque Stropha 31.

Cere stilus habeat requiem impressus.

In qua operarios

Ad laborem varios

Per singulos denarios

Plurimos locauit. &c.

ab eo tempore, quo lites inter Academiam et Mendicantes Parisiis fervebant.

XIV. fol. eod. p. 2. Tertia Cantilena non minus trivialis, quamvis inscripta: *Nota subtiles versus.*

Spreto iuris tramite dignus concuscatur

Et luoris fomite rudis exaltatur

XV. fol. et p. ead. *Hic demon clero transmittit scripta moderno.* Nota illa et superiore *Vol.* non femel relata Epistola hujus initii: *Lucifer princeps tenebrarum &c.* Ad marginem legas: *Tytulus hujus Epistole contra clericos negociantes, et ad calcem fol. 196. p. 2. Hec magister Henricus de Hafsya fe (licis) re (cordationis).* Aegrius tamen id mihi persuadeo, licet *Pezius* in *Thes. Anecd. T. I. Dissert. Isag. p. 79.* Codicem *Tegernseensf.* adpellet eodem modo subscriptum.

XVI. fol. 197. Sermones IV. quorum 1. de SS. *Petro et Paulo* in illud: *Principes populorum congregati sunt &c. Ps. 46. Dicit beatus Gregorius. Ad ostendendam innocentiam venit abel &c.* 2. In illud: *Homo quidam erat diues &c. Luc. 16. Dicit beatus Bernbardus: Vtinam fratres sic effemus cupidi &c.* 3. In idem: *Diues iste de tribus reprehenditur &c.* 4. Prolixus de Passione Domini in illud: *Inclinato capite tradidit spiritum &c. Job. 19. Reuerendi patres magistri &c. Hodierna die passionem domini nostri &c.* Unde colligo, Sermones etiam praecedentes habitos fuisse ad *Viennenses Academicos.* Intercepti sunt illi chartae, ut videtur, parceudi studio *Matricula Decreti.*

XVII. fol. 208. *Incipit ars predicandi magistri alani.* Est is *Ala-*

Omnes gentes plaudite quia sic erratur

In membris et capite dolus principatur.

mus de Insulis ex Ord. Cist. Scriptor Sec. XII. cujus Opera edita habemus a Carolo de Visch, Antwerp. 1653. f. atque inter ea secundo loco Tractatum praesentem fane frugi, cujus initium: Vidit Jacob scalam &c. Gen. 28. Scala ista profectus est viri catholici &c. et finis: nulla re uti scit omnibus eget. Explicit Ars magistri Alani per me jo. Sed non explicit; defunt enim *Capita XXV.* quae in *Edit. cit. a p. 88.* decurrunt.

XVIII. fol. 229. *Casus Episcopales* subjunctis pluribus e *J. Canon. Observatis miscellis.*

XIX. fol. 232. Series Sermorum ad Academicos habitorum similibus *Observatis* subinde intercepta. 1. *De Amore Scientiae Scripturarum. Reuerendi Patres &c. Testante scriptura triplex reperitur amor &c.* 2. In illud: *Quiesierunt illum inter cognatos &c. Luc. 2. Itaque hic sumus ut dicamus quomodo deum per peccatum perditum requiramus &c.* 3. In illud: *Nupcie facte sunt &c. Job. 2. In hoc ewangelio quatuor notare possumus &c.* 4. In illud: *Honorable connubium &c. Hebr. 14. In hys verbis instruimur quomodo deus debeat rehonorari &c.* 5. Iterum in illud: *Nupcie facte sunt &c. Habitis tribus generibus nuptiarum &c.* 6. In illud: *Amice ascende superius. Luc. 14. In quibus verbis tria possumus intelligere &c.* 7. In illud

illud: *Veni sancte Spiritus &c. Hec vox est ecclesie anhelantis aduentum &c.* Accedunt tres *Formulae* breves *Prolusionum* Academicarum. Quae omnia ad quem in confinio *Sec. XIV. et XV.* Academiae nostrae *Doctorem* referenda sint, ignoro. Ad calcem legitur: *Iste sexternus est domini Eckhardi capellani ad sanctam Katharinam.* Sacellum hoc in ambitu *Ecclesiae D. Stephani*, Domoque dicta *Zwettelhof* etiamnum superest.

CLXXXIX.

- U. 35 Codex chartaceus lat. *Sec. XV.* Pagg. 552. f. per duas columnas currente calamo scriptus et rubricis distinctus *Expositionem Evangelii secundum Johannem* completitur, cujus, *ὁμοιοφωνία* docet ingressus: *Diuino cooperante auxilio aggressurus lectionem evangelij Johannis primo premittam ipsius facere scripture et specialius legis evangelice recommendatoriam collationem breuissimam. Deinceps dicam de materia evangelij huius et eius autore in se et consequenter per comparationem eorum ad aliorum evangelistarum evangelia. Tertio descendam ad textum in se per diffinitiones et subdiffinitiones postillarum communium annexendo cuilibet materie principali prout deus dederit dubia textualia aut questiones difficultatum textualium declaratiuas secundum quod uidebitur expedire et prout altissimus inspirauerit pertractandum pro informatione mea et audientium utilitate. In primo porro Proposito ver-*

fatur *Noster* usque ad p. 4. in altero usque ad p. 7. Textus vero ipsius *Expositionem* p. 38. orditur, neque vasto hoc Volumine ultra *Caput VI.* pertingit. Sunt tamen a p. 502. *Quaestiones* quaedam extravagantes in aliquos *Johannis* textus adjunctae. Si de *Autore* quaeras, *Petri de Pirkenwart* nomen et tergo *Codicis*, et primae *Paginae* a manu recentiore inscriptum est, *Autorque Partis I. Scriptt. Univ. Vien.* p. 103. de hoc ipso *Codice* tunc in *Bibliotheca Univ.* existente loquens eum *Petro* indubitanter tribuit. *Pauca*, quae de *Theologo* hoc non indoto ad nos pervenerunt, habes ibi. *Cognomen* illi *Reicher*, annus *emortualis* juxta *Locheri Speculum Acad. Vien.* 1436.

CXC.

- Codex chartaceus lat. *Sec. XV.* U. 42 *Folior.* 416. f. currente calamo exaratus eandem *Expositionem Evangelii secundum Johannem* usque ad *C. VII.* continet, quam jam *Cod. anteced.* indicavimus: *Diuino cooperante auxilio aggressurus &c.* Praemittitur tamen hic: *et quidem principium factum est A. d. 1422°. In die Sancte Eufemie virginis.* Dorso *Codicis* recentiore manu, ut in *priore*, adscriptum est: *Petrus de Pirchenwart In Johannem; sed fol. 11. p. 2. legas: Hic magister petrus de pulka theologie professor ultimum clausit lumen et hos flebiles dies peregit eo anno quo a christi incarnatione scribebatur 1425. in die Sancti Geor-*